
444

K

200

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 K 200




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 K 200

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 K 200



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 K 200



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 K 200



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 K 200

~~504~~
~~13318~~
KW
444 K 200

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 K 200

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 K 200

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 K 200

Drenc. 154.

LAUS

PACIS.



AMSTELODAMI,

Ex officina Pauli Matthiæ in vico Hypocauſti vulgò de Stoof-ſteeg. 1656.

45

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 K 200

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 K 200

L A U S
P A C I S.

SOlent illi fere, Aud. Ornat
qui dicendi laude excel
lunt, quo ingenii atqu
artis ſuæ vis major eluce
ſcat, rès per ſe humiles &
ſæpe nullas, ita verborun
lenociniis evehere, ut, qua
antea ſquallebant neglectæ
pulcreſcant protinus inducto orationis fuco
quo ſemel deterſo, ſi nativâ formâ conſpi
ciantur, diſpliceant continuo neceſſe eſt; au
vileſcant profecto: quippe quibus omnis ſuu
decor ab ingenioſa oratoris fraude fuit. Eg
cui non eadem dicendi vis, nec idem fallend
animus eſt, ſtatui contra facere, & humil
ingenio præſidium aliquod petere a ſublim
materia, quam diſpicienti offert ſeſe pax
illam ſi neque ego pro meritis celebrem, nequ
per immenſa laudum ipſius ſpatia diffundar
ignoſcite nimis anguſtis ingenii terminis ci

 cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 K 200

cumſcripto: ipſa capita & veluti momenta rerum indicaſſe labor erit, ex quibus tamen cætera licebit æſtimare.

Igitur pacem, rem profecto obſcuram nemini, haud operoſe definimus; Noſtis utique, Aud. Ornat. quid ſit amicitia, atqui quod illa eſt inter paucos, id Pax eſt inter multos: cujus equidem originem videre mihi videor ab æterno uſque Numine deductam, quo illa tanquam parente gloriatur: iſtoc ergo genitore ſata ad miſeros mortales deſcendit, ſolatium afflictis rebus futura. Quod ſi illud quoque in veri aliqua parte collocamus, rei ab autore nomen aliquod & gloriæ titulum accedere, ut, quæ illius ſit dignitas eadem quoque huic aliena cenſeri non debeat; quid illâ vel melius vel amplius dici aut fingi verbis poteſt? Enimvero, Aud: quoties ego res humanas apud animum meum revolvo, toties tacitus mecum ſtatuere ſoleo, pace nihil, neque majus, neque præſtabilius homini Deorum immortalium benignitate conceſſum fuiſſe: quippe cujus tanta ſit utilitas, tanta ad vitam humanam neceſſitas, quantam nullius unquam

ora-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 K 200

oratoris eloquentia fando aſſequi poſſit. Non aditum, non exitum invenio, ſi me ſemel penetro in profundum hoc commodorum ubi primum iſta lux ſeſe miſeris cæpit oſtendere, eheu quantam rebus continuo inducit hilaritatem! non jam intra privata paucorum commoda ſe tenet iſtoc bonum; ſed diffunditur per publica cunctorum. Neminem mortalium eximium habet; humiles pariter ac magnos (veluti Sol alter) æquâ felicitatis parte beat: Pacis tempore, haud ſecus ac ſi novum aliquod ver orbi affulſerit, coluntur agri, vernant horti, paſcuntur lætæ pecudes, ædificantur villæ, exſtruuntur oppida, inſtaurantur collapſa, ornantur & augentur exſtructa, creſcunt opes, aluntur voluptates, vigent leges, floret Reip: diſciplina, fervet religio, valet æquitas, pollet humanitas, calent artes opificum, uberior eſt quæſtus pauperum, ſplendidior opulentia divitum, effloreſcunt honeſtiſſimarum diſciplinarum ſtudia, eruditur juventus, tranquillo fruuntur otio ſenes, florent boni, minus peccant mali; illud paci & benevolentiæ natum animal homo placidam, hoc eſt ſuam

 vitam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 K 200

vitam vivit. Silet murmur grave claſſico-
um, lituique ſtrepentis ſtridor ſilet: non jam
ura percurrit face tremendus eques, villas,
pagos exuſturus: ceſſant hinc atque hinc in-
ſtructæ ferratæ acies, tacent horrenda tormen-
torum tonitrua, non campi ſtagnant cruore
noſtro, nec humano ſanguine foſſæ redun-
dant, abſunt congeſtæ paſſim ſtrages, crude-
leſque cædentium & cadentium vices. Pro-
ponite vobis parumper. Audit. Ornat. uni-
verſum bellum, ſimulque mille ſcelerum fa-
cies, &, quæ ex fæcundo iſto fonte fluere
ſolent, maria malorum. Contraria omnia
manant a Pace, parente ac nutrice bonorum
omnium. Quidquid pulchrum aut lætum in
rebus humanis ſol iſte contuetur, totum id
paci debemus, quot magnas atque magnificas
urbes, quot arte aut opere viſenda monu-
menta hic ſuſtinet orbis, quibus haud aliter
quam gemmis quibuſdam collucet; Atqui
vero iſta omnia Pax una inchoavit, una per-
fecit, una tuetur. Mitto ſegetem exemplo-
rum, ſatis ſunt unæ iſtæ, quæ mille annorum
firmitate ſtabilitatem ſuam probant, Venetiæ,
diu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 K 200

diuturnæ pacis opus egregium. Stat urbs to annos, nequidquam multis invidioſa, præſid & præſtite pace, quam unam ſi eximas penitu vitæ humanæ, non magis ſtabit ipſa, quam ſ orbi eripias ſuum Solem. Hæc eſt illa, Audit Ornatiſ. cujus unius ſpe ſuſtentant ſeſe miſer illi, quotquot atra belli tempeſtas, lætis olim rebus deprehendit.

Hunc portum, hanc requiem ſperant certam laborum, ſævis belli procellis jactati: quod unum malorum effugium niſi afflictis pateret, Audit: quæ miſeris vita foret expetenda? equidem ille univerſi conditor & rector Deus hanc legem poſuit rebus humanis, uti nec calamitates continuæ ſint, & interventu meliorum penſentur. Verum enimvero, cum illa ſit conditio mortalium, uti nihil ipſis gratum aut jucundum eſſe poſſit, niſi quod raritate commendetur, quam ſapienter ſummum illum orbis arbitrum feciſſe exiſtimemus, qui ita humana temperaverit, ut, quæ omnes faſtidiamus perpetua, ea nunc deſideremus interrupta? Quis noſtrum Audit: diei hujus lucem ex merito æſtimet, niſi pretium illi ſuum face-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 K 200

ent interpoſitæ noctis tenebræ? æſtatem gratam efficiunt ingratæ hyemis vices. Quemadmodum igitur diei gratia ſua ab nocte, æſtati ab hyeme eſt; ſic paci pretium ſuum a bello. Utinam vero magnus ille humani generis miſerator hanc lucem terris oſtenderet, eheu quam ſalutare ſidus ægris mortalibus affulgeret! ſed deſino: neque enim conſilium mihi eſt ſingula perſequi verum exordia duntaxat quædam & veluti rudimenta majorum rerum, quæ ſi placent, ſatis, ſin minus, nimis multa

DIXI.

VI. Calend. Februar:
CIϽIϽCLVI.

NICOLAUS A LITH.

Examine Hiberno.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 K 200

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 K 200

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 K 200

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
444 K 200